



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Sect. 2. Ager Vicentinus, le Vicentin.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

Astiolino: hinc orta est familia Ducum Ferrariorum, nunc & Mutinensium: ad Fl. Bachilionem sita est.

VINI.

Montaniana: *Montagnana*, nobilissimum castrum, & cum ciuitatibus conferendum: eius maximè canabis celebratur quâ vtuntur Veneti ad rem nauticam.

Colonia: *Cologna*, oppidum nobile, frequens, & opulentum Leandro.

Castellum Baldum: *Castel-Baldo*, ad Fl. Athesim, à Patuinis conditum anno Christi 1292.

FLV.  
VII  
AGRI  
PA-  
TA-  
VINI,  
&  
DV-  
CA-  
TVS.

BRENTA olim Medoacus Maior, nunc *Brenta*; & BACHILIO, aliter *Bambilo*, *Bachiglione* olim Meduacus Minor, variis anfractibus inter se impliciti hunc agrum eluunt. Et Brenta quidem cadit in mare ad Venetias, & iterum infra ad Medoacum portum, *Metamocho*; Bachilio autem per Brentellam fossam Brentæ iunctus, postquam diu errauit cadit inter *Chiosa*, & *Brendolo*.

Recipiunt etiam fluuios alios minores

Tergolam: *Tergola*.  
Siocchum: *Sioccho*.  
& alios.

LA-  
CVS  
AGRI  
PATA-  
VINI.

Anguillara: *Anguillara*, amplissimus & aliquot infulis distinctus, in Athesim effluit.

Visigiolus: *Lago di Vighizenuolo*, quem Leander sumit pro Fl. *Togisano* veterum, certè Barbarus contendit pro *Togisano*, legendum esse *Visigiolum*.

SECT. II. *Ager Vicentinus*, le Vicentin.

VR-

BES

VICENTIA, malè indoctis *Vincentia*: *Vicenza*, nobis *Vicenze*. Paliarinus ait dictam esse à victoriâ indigenarum, vel à centum vicis, ex quibus vrbs coaluit, nugæ. De variis eius dominis nos suprâ. Eluitur duobus fluuiis nauigabilibus *Bachilione*, & *Retone*. In eâ vrbe seruat<sup>r</sup> Spina Coronæ Christi Domini huic vrbi à S. Ludouico Francorum Rege concessa.

Marostica: *Marostica*, oppidum inter montes perhone-

DDddd ij



- stum & locuples Leandro, nunc munitissimum, & quasi huius agri munimentum.
- AGRI Bolzanum: *Bolzano*, Vicentinum cognominatum ad discrimen Tridentini.
- Brendulum: *Brendola*, oppidum nobile, diues, & populosum; patria Omniboni Grammatici.
- Barbaranum: *Barbarano*.
- VI- Lonigium: *Lonigo*.
- Orgianum: *Orgiano*.
- CEN- Mons bellus: *Montebello*, frequens, opulentum, & lautum castrum, patria Guidonis Episcopi Ferrariensis.
- TINI- Custodia: *Costozza*, castellum sic dictum quoniam homines noxij hinc custodiri solebant in latumiis. Sita est sexto à Vicentiâ lapide, mille pass. à Bachilione Patavium versus. Tempore Leandri iam Latomiæ illæ ad 4. mil. pas. longit. excurrebant 3. mil. pas. latitudinis, & pilæ supra mille fornicem sustinebant.
- FLV- Bambilo, seu Bachilio: *Bachiglione*, de quo in agro Patavino egimus.
- VII- Retonus: *Rétone*, olim Eretenus anguillis optimis nunc scætet, vt olim abundasse dixit Ælianus.
- CEN- Tergola: *Tergola*.
- TINI- Tribulus: *Tribuolo*, &c.
- AGRI

SECT. 3. *Veronensis Ager*, le Veronois, *Italis*, il Veronese.

- VERONA: *Verona*, nobis *Verone*, ad Athesim fluuium quem pontibus quatuor necit, vrbs munitissima atque pulcherrima. Visitur hinc adhuc amphitheatrum integrum, vbi & spectacula more veterum celebrantur, *Arenas* vocant. Hinc tumuli Scaligerorum qui hinc rerum potiti sunt. Arcem habet permunitam, & duo Castella vulgè *S. Petro*, & *S. Felice*.
- VRBES Clusa: *la Chiusa*, locus munitissimus, ad prohibendos Tridentinorum impetus, hinc enim angustia à paucis seruari queunt.
- Malafesena: *Malfesena*, ad lacum Benacum.
- Garda: *Garda*, vnde lacus Benacus, nunc accepit nomen, *di Garda*.